

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Avtvmnalis - A Dominica Decimaquinta post Pentecosten, ad
Adventum

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Id est, se offere & præsentare. Proxima ejus afferuntur tibi. Hoc ipso quo
afferuntur & offeruntur Deo, proximæ fiunt B. Virginis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44846

quid habet, quidquid potest, & quidquid est.
Nec quemquam retardare debet, quod jam
sepius id fecerit sine fructu.

Licet enim non semper facias quod proponis,
semper est tamen proponendum quod fa-
cias.

Vide in hac 4. parte, Fer. 3. Hebdom. 2. 7.

Proxima ejus afferentur tibi.

Hoc ipso quo afferuntur & offeruntur Deo,
proximae sunt Beatae Virginis.

Nam sic Illi sunt singulari puritate & San-
ctitate similes.

Affinitas vero Sanctitatis cum B. Virgine, mag-
is extinenda quam sanguinis.

In 2. p. Die 20. Martii, In Festo Sancti Joa-
chimi.

Afferentur in laetitia & exultatione. Hilarem
cum ditorum diligit Deus.

Sic servendum Domino in laetitia, ut nisi la-
etur in Domino servus, non laetetur in ser-
vo Dominus.

In 4. p. Fer. 4. Hebdom. 22.

QUIA vero quod præcipuum, quod ma-
gis Deo carum est in hac oblatione lui, plures
omittunt, qui sibi aliquid recinent, nec se to-
tos tradunt, sicut se Beata Virgo tradidit, id
circo præcipue hoc urgendum, ut sequitur:

Non se præsentat cum præsentata Virgine,
qui se magis in præsens offert, quam in fu-
turu tempus.

Non se præsentat nempe cum Illa, qui se si-
cur illa non præsentat. Illa autem non ad præ-
sens aut aliquid duntaxat tempus, sed in per-
petuum, immobiliter, integre, se tota penitus
totam, sicut Deus nos sibi totos optat, unde &
de nostris ait oblationibus: *Holocausta tua in
conspicere meo sunt semper.* Semper te tales ef-
fectu volo, qualem te effectu vidi cum te of-
ferres. Te observan sis semper idem, an ver-
bis facta respondeant: Rara enim & certa Ve-
ritas:

Professus idem ac profiteas.

In 3. p. In fine ubi de Votis.

Aut nullam vitæ partem, aut totam Deo de-
bes.

In 1. p. Die 4. Ianuarii.

Numquam melius sibi provideret Dei servus,
quam si nihil sibi retinens se suo Domino
luaque omnia consecrat.

In 1. p. Die 6. Decembris.

Magis tenemur omnes affectu nostra relin-
quere, quam effectu Apostoli, vel quisvis
alii.

*In 1. part. Fer. 3. Hebdom. 2. post Epiphani-
am.*

Non tam spectatur quid Deo dones, cum te
illi præsentas, quam quid non dones.

Quod præfertim spectat Deus, non est quid
ad se afferas, sed quid a te auferas.

*In 3. part. Fer. 5. Hebdom. 8. Et Fer. 5. Heb-
dom. 13.*

Non quantum, sed ex quanto.

Cupiditas non refrænata, rapina quedam est
in holocausto, ac lacrilegium.

In levi quidem cupiditate pars tantum cordis
derrahitur: In gravi autem totum Cor Deo
perit.

In 4. p. Dominica 17.

Plura dat Christo qui dat omnia: licet pauca
& vilia quam qui multa & pretiosa non
datis omnibus.

In 4. p. Fer. 6. Hebdom. 17.

Nec timenda donatione, seu privatio libertatis
post integrum sui donationem:

Nam nemo liberior quam qui minus est li-
ber.

In 2. part. Sabbato Sancto.

Hoc est esse Christi, solius esse Christi.

Numquam magis eris tuus, quam cum minus
eris tuus, ut sis totus Christi.

In 4. p. Fer. 3. & 5. Hebdom. 24.

Vota non recte renovas, nisi te Vota reno-
vent.

*In 3. part. In fine ubi de renuntiatione Voto-
rum.*

QUAE vero spectant ad alterum Caput de
Constantia & firmitate in promissis Deo fa-
ctis, he sunt ex multis aliquæ Veritates:

Nun 2. Quam